

Nachrichtenblatt

der Deutschen

Malakozoologischen Gesellschaft.

Zwölfter Jahrgang 1880.

R e d i g i r t

von

Dr. W. Kobelt.

FRANKFURT AM MAIN.

Verlag von MORITZ DIESTERWEG.

**Clausiliae novae Peruvianae
e collectione ill. P. Joly Algeriensis.**

Auctore Dr. O. Boettger.

Clausilia (Nenia) adusta n. sp.

T. non rimata, turrito-fusififormis, solida, opaca, sub integumento levi albido-griseo corneo-fuscula; spira regulariter turrita; apex integer, purpurascens-niger. Anfr. 11 convexusculi, sub sutura profundiuscula, simplici, parum distinctius albida tumiduli, oblique subtilissime undulato-striati, striis spiralibus non ornati; penultimus dorso subinflatus; ultimus $\frac{2}{7}$ altitudinis aequans, deorsum attenuatus, subconicus, modice descendens, distincte protractus, a tergo leviter, a latere validius planatus, basi bicristatus, cristis obtusis, exteriore validiore, interiore ante aperturam obsolescente. Apert. oblique rotundatopiriformis, faucibus fuscis, sinulo sublimi, quadrantiformi; perist. continuum, solutissimum, satis expansum reflexumque, albolabiatum. Lamella supera valida, marginalis, imo protracta, verticalis, latere sinistro excavata, cum lamella spirali humili, in profundo spiraleriter recedenti continua; infera parum valida, recedens, sublimis, curvatim subtransverse ascendens, a basi intuenti substricta et dein spiraleriter recedens; subcolumnellaris profunda, parum valida, basi cum lunella confusa. Principalis brevis, cum sutura antice convergens, ultra lunellam validam, subdorsalem, superne distincte angulatam non producta. — Alt. 21, lat. vix $4\frac{1}{2}$; alt. apert. 4, lat. apert. $3\frac{3}{4}$ mm. (Spec. unicum).

Sculptura formaque cervicis affinis *Claus. cyclostoma* P., quae autem testa magis fusiformi, obscure badia et apertura fere circulari differt.

Clausilia (Nenia) quadrata n. sp.

T. fere rimata, clavato-fusififormis, solida, opaca, sub integumento perlevi albescente fusco-badia, prope aper-

turam flavescens; spira turrita; apex decollatus. Anfr. superstites $6\frac{1}{2}$ pro altitudine lati, convexiusculi, sutura levi, simplici, albescente disjuncti, parum oblique regulariter distincteque subtilissime striati, striis spiralibus non ornati; ultimus brevis, $\frac{1}{3}$ altitudinis non attingens, penultimo parum major, subparallelepipedus, imo fere tessellatus, vix descendens et parum protractus, a tergo deplanatus et a latere complanatus, basi bicristatus, crista exteriori valida, angulata, sulco longo latoque a crista interiori fere obsoleta separata. Anfr. ultimus prope aperturam ad suturam rugulis quasi papilliformibus paucis, parum validis ornatus. Apert. subcircularis, superne transversim truncata, fere latior quam altior, faucibus fuscis, sinulo lato, subtriangulari; perist. continuum, parum solutum, modice expansum reflexumque. albolabiatum. Lamella supera modice alta, marginalis, verticalis, latere sinistro excavata, cum lamella spirali humiliore distincte continua; infera sigmoidea subtransverse ascendens, in faucibus spiraliter recedens; subcolumellaris profunda, compressa, basi cum lunella confusa. Principalis brevis, cum sutura antice convergens, ultra lunellam subdorsalem, hamiformi-angulatam, breviusculam non producat. Callus palatalis dilutus albus adest. — Alt. 20, lat. $5\frac{3}{4}$; alt. apert. $4\frac{1}{2}$, lat. apert. fere $4\frac{3}{4}$ mm. (Spec. unicum).

Species singularis, forma vasta et praecipue anfractu ultimo perbrevis et fere tessellato insignis; caeterum gregi Claus. adustae Bttg. et Claus. cyclostoma P. attribuenda.

Clausilia (Nenia) Jolyi n. sp.

T. non rimata, pergracilis, cylindrato-fusififormis, tenuis, pellucida, nitidiuscula, pallide cornea: spira cylindrato-turrita; apex decollatus. Anfr. superstites $7\frac{1}{2}$ con-

vexiusculi, pro latitudine alti, sutura simplici, profunda disjuncti, hic illic distanter capillaceo-costulati, costulis subtilibus, fasciculatis, albidis, prope suturam altioribus, deorsum evanescentibus; ultimus $\frac{1}{3}$ altitudinis aequans, attenuatus, cylindratus, valde descendens, perdistincte protractus, a latere parum complanatus, basi satis rotundatus, ante aperturam distinctius subregulariter capillaceo-costulatus. Apert. oblique ovata, faucibus colore non insignibus, sinulo lato, quadrangulari; perist. continuum, solutissimum, valde expansum, reflexiusculum, sublabiatum. Lamella supera validissima, compressa, marginalis, imo protracta, verticalis, cum lamella spirali humiliore, deplanata, plicae principali parallela eique valde approximata *angulatim* contigua, in faucibus lamellae inferae minus approximata quam in *Claus. filicostulata* Lubom. Caeterum huic speciei simillima, sed plica principali suturae magis propinqua. — Alt. 16, lat. 3; alt. apert. fere 3, lat. apert. $2\frac{3}{4}$ mm. (Spec. unicum).

Species profecto lautissima *Claus. filicostulatae* Lubom. valde affinis, sed statura graciliore, anfractibus pro latitudine altioribus, sculptura rariore et praecipue lamella spirali in obliquum flexa *angulatim*que cum lamella supera contigua nec pari fastigio continua discrepans.

Clausilia (Nenia) trigonostoma n. sp.

T. non rimata, elongato-fusiformis, gracilis, solidissima, opaca, sub integumento pertenui griseo-pruinoso sordide badia; spira producta, turrata; apex integer, submamillatus. Anfr. 11, primi fere plani, caeteri parum convexi, sutura simplici, parum profunda disjuncti, subtilissime undulato-striolati, striis spiralibus non ornati; ultimus $\frac{2}{7}$ altitudinis aequans, cylindratus, parum descendens et modice protractus, cervice

planulato-rotundatus et nullo modo ventriosus, basi distincte cuneatus. Apert. pro latitudine altissima, rotundato-triangularis, basi in tenuitatem desinens, faucibus fusco-purpureis, sinulo alto, subretracto; perist. continuum, satis solutum, late expansum, reflexum, albolabiatum. Lamella supera valida, marginalis, verticalis, cum spirali compressiore et modice humiliore continua; infera satis magna, e basi subcallosa oblique ascendens, media parte leviter concava, in faucibus lamellae superae parallela spiraliter recedens; subcolumellaris occulta. Principalis brevis, suturae parallela, ultra lunellam parum validam, dorso-lateralem, semilunarem non producta. — Alt. 20, lat. $3\frac{3}{4}$; alt. apert. 5, lat. $3\frac{1}{2}$ mm. (Spec. unicum.)

Species persingularis e grege Claus. Adamsianae P. (= chacaensis Lubom.), statura multo majore, apice turrato-producto, apertura distincte triangulari, lamella infera oblique ascendente nec subtransversa a specie Pfeifferiana diversa.

Literaturbericht.

Bericht des Offenbacher Vereins für Naturkunde 19—21. — Offenbach 1880.

- p. 96. *Boettger, Dr. O.*, Aufzählung der von Herrn Dr. J. von Bedriaga im Frühjahr 1880 auf den Cycladen, in Morea und in Rumelien gesammelten Landschnecken.
- p. 100. *Boettger, Dr. O.*, Aufzählung der von Herrn Edm. Reitter in Wien im Frühjahr 1880 in dem westlichen Montenegro, in Süd-Dalmatien und Süd-Croatien gesammelten Mollusken. — *Neu Vitrina Reitteri, Hyalina Reitteri und Bul. Reitteri.*

Jahrbücher der deutschen malakozoologischen Gesellschaft. VII. Heft 4.

- p. 297. *Bergh, Dr. R.*, die Doriopsen des Mittelmeers. (Mit Taf. 10 c 11.)
- p. 329. *Löbbecke und Kobelt*, Museum Löbbeckeanum. II. (Mit Taf. 7 c 8.)